

2438 [= 4916] Altiliae adhuc extat loco antiquo, scilicet ad latus exterius portae per quam Bovianum itur a dextra eius qui Boviano venit. Per eam portam ad hunc diem callis (*il tratturo*) ducit, quo oves aestate ex Apulia in montes Aprutinos, hieme ex montibus iis in Apuliam ducuntur.

BASSAEVS · RVFVS · ET · MACRINVS · VINDEX · MAGG
SAEPINAT SALVTEM ·

c. a. p. C. 108

EXEMPLVM EPISTVLAE · SCRIPTAE · NOBIS · A COSMO · AVG · LIB
A · RATIONIBVS CVM HIS QVAE IVNCTA · ERANT · SVBIECIMVS · ET ADMONEM
5 VS · ABSTINEATIS · INIVRIS · FACIENDIS CONDVCTORIBVS · GREGVM · OVIARICO
RVM · CVM · MAGNA · FISCO INIVRIA NE · NECESSE · SIT RECOGNOSCI · DE · HOC
ET · IN · FACTVM · SI · ITA · RES · FVERIT
VINDICARI ·
COSMI AVG · LIB · A RATIONIBVS · SCRIPTAE · AD · BASSEVM · RVFVM · ET · AD
MACRINVM · VINDIC · PR · PR · E · V } EXEMPLVM · EPISTVL · SCRIPTAE · MIHI
10 A · SEPTIMIANO · COLLIBERTO · ET · ADIVTORE · MEO · SVBIECI · ET · PETO · TANTI
sic FACIATIS SCIBERE · MAGG · SAEPIN · ET · BOVIAN · VTI · DESINANT · INIVRIAM
sic CONDVCTORIBVS · GREGVM · OVIARICORVM QVI SVNT · SVNT · SVB CVRA · MEA · FACERE
sic VT · BEFICIO VESTRO · RATIO FISCO · INDEMNIS · SIT · SCRIPT · A · SEPTIMIANO · AD CO
SMVM · CONDVCTORES · GREGVM · OVIARICORVM · QVI · SVNT · SVB · CVRA · TVA IN RE PRESENTI
15 SVBINDE MIHI · QVERERENTVR · PER · ITINERA · CALLIVM · FREQVENTER · INIVRIA
SE · ACCIPERE · A STATIONARIS · ET · MAGG · SAEPINO · ET · BOVIANO · EO QVOD IN TRASITV
IVMENTA ET PASTORES · QVOS · CONDVCTOS · HABENT · DICENTES · FUGITIVOS ESSE ET
IVMENTA ABACTIA HABERE · ET · SVB · HAC · SPECIE OVES QVOQVE · DOMINICAE
BIPPANT IN · ILLO · TVMVLTV · NECESSE · HABEAMVS · ETIAM · SCRIBERE · QUIETIVS · AG
20 ERENT NE RES DOMINICA DETRIMENTVM PATERETVR ET CVM · IN EADEM CONTVMACIA
PERSEVERENT · DICENTES NON CVRATVROS · SE NEQVE MEAS · LITTERAS NEQVE · SI · TV EIS
SCRIPSI//// /T FIERIR/ DOCO · DOMINI · SI TIBI VIDEBITVR INDICES BASSEO RVFO
ET MACRINO VINDICI PR PR E V · VT EPISTVLAS · EMITTANT · AD EOSDEM MAGG ET · STATI
ONARIOS /QVAM/A////ANDIVTIA/RE//IRITVM FACTVM EST ·

Vidi ego, sed lapidi exeso et squalenti purgando et describendo tempus defuit; perfecit id postea diutino, sed fructuoso labore Dressel. Praeterea extant exempla tria, primum Filonardiani libri f. 114. 115, quod desinit v. 18 fin. in DOMINICAE; secundum id quod a Simone Vallamberto acceptum Metellus refert cod. Vat. 6039 f. 363 (unde ed. Grut. 543, 4 e Metellianis, scilicet per Gutenstenium) et habet praeterea Walscappelle ms. f. 91, quod desinit v. 15 in MIHI; tertium longe optimum quod referunt Manutius et in cod. Vat. 5237 f. 132 (a principio ad v. 18 OVES) et f. 127 (a v. 18 QVOQVE ad finem) una cum inscriptione quadam a B. Aegio a. 1554 descripta (inde Donius 2, 65; ex hoc Mur. 606) et in altero cod. 5241 p. 489; Ant. Augustinus cod. Matr. f. 54 (ubi non adsunt nisi quae habet Manutius cod. 5237 f. 132); Marinus Freccia de subfeudis Venet. 1579 p. 235 (a quo pendent Cittadinus cod. Marc. p. 139, cod. Vatic. 5253 f. 214 et apud Grut. in Corr. ed. 2 et Galanti 1, 99). Variam lectionem subieci Filonardiani libri et Metelliani et Augustiniani Manutianique 5241, quae duo reliquis exemplis eiusdem originis praestant.

- 1 BASSEVS Fil. Aug. Man. MACRINVS in lapide fuerit necesse est; cf. v. 23 et infra observata.
- 2 'Gudius notat legendum esse ex lapide (?) SAEPINAT · ET · BOVINAT' adnotatur in Grut. ed. 2 non recte; nam praeter exiguum foramen superficies lapidis hoc loco integra est.
- 3 SCRIPTE Fil.
- 4 IVNCTA]IVNTA Aug. (qui add. c) Man.
- 5 INIVRIS Dressel, INIVRIIS priores.
- 6 RECOGNOSCI priores, //COGNOSCI Dressel.
- 7 FVERIT·VINDICARI (VENDICARI Man.) priores, FVERI////VINDICARI Dressel.
- 8 SCRIPTE Fil. BASSEVM Fil. Aug. Man. Dressel, BASSAEVM Met.
- 9 MACRINVM scribendum. PR·PR·E·V Dressel, et sic Aug. (PR·PR·E·V, ubi E expuncta est et superscr. AET, unde legitur apud Manut. 5241 PR·PR·A·V, apud Manut. 5237 PR·PRAET·V) et fere Met. (PR·P·R·EV), PRAET·REIPVB Fil.

- 9 EPISTVL] Aug. Man. Dressel, EPISTVLAE Met., EPISTOLAE Fil. MIH Dressel.
- 10 SEPTIMIANO Aug. Man. ET ADIVTORE]EI ADIVTORE Met.
- 11 SCIBERE] 'sic' Dressel, SCRIBERE priores. SEPIN· Aug. Man. BONIAN Met. (sed corr.) VTI] VT Fil.
- 12 SVNT·SVNT 'sic' Dressel, SVNT·SVMMI Fil., SVNT Met. Aug. Man. CVRA MEA] CVRAM·ET Met. FACERE]FACTI Aug. Man.
- 13 BEFICIO 'sic' Dressel, BENEFICIO priores. VESTRO priores, //STRO Dressel. SCRIPT· Aug. Man. Dressel, SCRIPTAE Fil. Met.
- 14 CONDVCTORES priores, c////CTORES Dressel. PRESENTI Dressel Met. (sed corr.), PRAESENTI Fil. Aug. Man.
- 15 SVBINDE]ABSTINERE Met. in MIHI finit Met. QVERVNTVR Fil.

- 15 CALLIVM]SALTVM Fil.
15. 16 INIVRIA]SE·ACCIPERE Dressel ut conieceram in ed. priore, INIVRIAM·SIBI·FIERI·A·MAGISTRO Fil., INIVRIIS·MAGG·P·R Aug. Man. STATIONARIS Dressel, STATIONARIIS priores. SEPINO Aug. (non Man.) TRASITV Dressel, TRA·SILV Fil., TRANSITV Aug. Man.
- 17 IVMENTA priores, IVM//A Dressel. CONDVCTOS Fil. Aug. Man. Dressel, CONDVCTORES Donius.
17. 18 ET IVMENTA ABACTIA Aug. Man. Dressel, AEQVVM ENIM BACVLA Fil.
- 18 DOMINICAE Fil. (in hoc vocabulo finiens) Dressel, DOMINICAS Man.
- 19 in. REDIBEANT Man.
- 21 NEQ·MEAS Man. TV EIS]TV TVIS (secunda T expuncta) Man.
- 22 SCRIPSISSE·ITA·FIERI·IN·LOCO·DOMINI Man.
- 23 MACRINO Man. P·R·PRAET·V Man. (cf. v. 9).
- 24 ONARIOS QVAM MISI VT IMPERITVM FACTVM EST Man.

- I. Bassacus Rufus et Macrinus Vindex mag(istratibus) Saepinat(ibus) salutem. — Exemplum epistulae scriptae nobis a Cosmo Aug(usti) lib(erto) a rationibus cum his quae iuncta erant subiecimus, et admonemus abstinere iniuris faciendis conductoribus gregum oviariorum cum magna fisci iniuria, ne necesse sit recognosci de hoc et in factum si ita res fuerit vindicari.
- II. Cosmi Aug(usti) lib(erti) a rationibus scriptae ad Basseum Rufum et ad Macrinum Vindexem pr(aefectos) pr(aetorio) e(minentissimos) v(iros). — Exemplum epistulae scriptae mihi a Septimiano colliberto et adiutore meo subieci, et peto tanti faciatis scribere mag(istratibus) Saepinat(ibus) et Bovian(ensibus), uti desinant iniuriam conductoribus gregum oviariorum qui [sunt] sub cura mea facere, ut beneficio vestro ratio fisci indemnitas sit.
- III. Script(ae) a Septimiano ad Cosmum. — [Cum] conductores gregum

oviariorum, qui sunt sub cura tua, in re presenti subinde mihi quererentur per itinera callium frequenter iniuria(m) se accipere a stationaris et mag(istratibus) Saepino et Boviano eo, quod in tra(n)situ iumenta et pastores, quos conductos habent — dicentes fugitivos esse et iumenta abactia habere — [retineant] et sub hac specie oves quoque dominicae [si]bi p[re]reant in illo tumultu: necesse habeb[am]us etiam [et etiam] scribere, quietius agerent, ne res dominica detrimentum pateretur; et cum in eadem contumacia perseverent, dicentes non curaturos se neque meas litteras neque si tu eis scripseris ha[ut] feri re[m], rogo domin[us], si tibi videbitur, indices Basseo Rufo et Macrin[us]o Vindici pr(aefectis) pr(aetorio) e(minentissimis) v(iris), ut epistulas emittant ad eosdem mag(istratus) et stationarios tandiu [eme]re(?) [ir]ritum(?) factum est.

M. Bassaeus Rufus, cuius cursum honorum explicat titulus urbanus vol. VI n. 4599 (cf. vol. III n. 5471), et M. Macrinus Vindex (non Macrinus teste titulo urbano vol. VI n. 4449, quem M. Macrinio Avito M. f. Claud. Catonio Vindici filia Macrinia Rufina posuit; cf. dipl. n. XLIV vol. III p. 886 sub Macrinio, item Dio 71, 3, ubi quod recte traditur Βίνδixα τὸν Μάρκον perperam mutari solet in Μακρίνον) praefecti praetorio fuerunt hunc annum epistulae hae datae sint necesse est, item ante quam Vindex eodem bello in alio proelio perit, sed id quo anno factum sit ignoratur. Cosmus a rationibus Augg. eiusque adiutor Septumanus (sic) redeunt in titulo urbano vol. VI n. 455 anni p. C. 168, eiusdemque fere temporis haec epistula est. Illius est etiam fistula urbana (ann. inst. 1857 p. 69) inscripta Cosmi Aug. lib. a rat.